

1

meusnam, vorweg

1778.

1. Hufeld, Th. Augustus: De Vacatis Boariae ab antiquissimis temporibus hereditaris simulque Th. Christ. Pintadi Schreckeri . . . solemnia in ang. . . indicat.
2. Hufeldius, Th. Augustus: De oblatione debiti usurarii initium non vero earum cursuum inceptum impeditum.
3. Schiedemanns, Hieron. Gottfried: Allgemeine Gedanken um Gewerbe u. Ungewerbe der Ammalknäffen auf große Deutsche Reickslehen.
4. Walchius, Cr. Fr., bid. juri. decanus: Singulare Germanicum instituta de pace domestica. Programma III, quo Th. Ernest. Brust-Smeingens . . . Disputationem solemnem i . . . indicat.

5. Walchius, Carolus Fridericus: De feminis matutinis cont. hente beneficiorum multiplicium expertise

1779.

1. Hufeld, Bernhard Esterl Halbreich: De fiduciomis fonsitatis Illustris, evanque, et alienata sunt, revocatione

1779

2. Schellwitz, Iustus Christian. Lud. de Ins.-ord. octocamus :
De impensis ad arcium exstructionem et refactionem
necessariis simulque solemnia in auct. Karlsbad 3.
Gauelit Haldensci Hufeli . . . indicat.

1781.

1. Iher, Paul. Ludorius Festinaud : De probacione
cessioris legi strassianae repugnantis

2. Walckius, Carl. Fried., Ord. juris cons. protecamus :
Dissertatio III : De genuis fonte distinctionis inter
potum animalium et inanimatum in nemis Coro-
nia Art. 133. Programma, quo . . . Paul Ludor. 3
Ferdin. Iher . . . Disputationem in auct. . . . Paul Ludor.

1783.

1. Schmitz, Dr. Ludorius, Ins. ord. octocamus :
Programma : De iure quodam Nassavico, quod
deo Erbtherrn dicitur, quo . . . Dr. in auct.
Georgii Christophori Justiciam Voelkeri . . . indicat

1783

2. Walckius, Carolus Fridericus: De successione collatione -
liam testi gradus et iure Romano et Saxonico.

3. Walckius, Carolus Fridericus: De revoicatione confessionis
capite damnati in die ejus supplicio destinato.

1784

1. Eckarts, Joannes Ludovicus: De constituto feudali.

2. Eckarts, Joannes Ludovicus: Omne detinatur compescuum,
ex presumptione, quod est familiarietates aut preua -
tionem, revocabile?

3. Lünckke, Paulus Christianus Nicolaus: De pacto
remissorio quoad creditorum non consentientem et
art. 13. h. 1. h. 3. Statut. Lubecens.

4. Schellwitz, Iacobus Christ. And. de: De dominiorum
territorialium iure littoralis ostalbi concedendi
imperiale solemnia in mag. Francisci Wilhelmi Friderici
- - - intent.

1784.

5. Schmidius, Th. Kudorius, Th. Frd. Decamus: Programma
et iure quodem Novorio, quod die Erkoberung
dictatur, quo . . . Dissertationem inang . . .
Pauli Christiani Nicol. Lemcke . . . in dict

6. Walckius, Carolus Frd., Th. Frd. portocanes: Pro-
gramma in "Scriptis justorum criminalium"
in Consil. Carolina Art. P. praerogatis; quo Cr. Fr.
Rolph Weberi . . . Disputationem inang . . . in
art.

7. Weber, Carolus Fredericus Rolph: De praerogativa
minorum, quod usus ex auctoritate illis praestenda
competente.

XXXI.

D. IO. AVGVSTVS HELLFELD 1778/
FACVLT. IVRIDICAE ORDINARIVS ET EX-DECANVS.
PRAENOBILISSIMI CANDIDATI
IO. CHRIST. CONRADI
SCHROETERI

VINARIENSIS

SOLEMNIA IN AVGVRALIA

AD D. XXX. MAIi CICICCGLXXVIII.

INDICIT, AC

DE

DVCATV BAVARIAE

AB ANTIQVISSIMIS TEMPORIBVS

HEREDITARIO

QVAEDAM

DIS SERIT.

I E N A E

EX OFFICINA STRAVSSIL





CHRISTIANA SCHRIJFTERRI

§. I.



Ab antiquissimis iam temporibus ius succedendi in Ducatum Bauariae penes regnante fuit familiam. Ex singulari enim Clodouei Francorum Regis priuilegio gens Agilosangica prae caeteris Ducibus hanc obtinuit praerogatiuam, vt non aliis, quam qui ex dicta esset gente, in Ducem adsciretetur. Inde lege Baiuvariorum. sanctum legimus: (*) *Dux, qui praeest in populo, illè semper de genere Agilosingorum fuit, et debet esse, quia sic Reges antecessores nostri concesserunt eis, ut qui de genere illorum fidelis Regerat; et prudens, ipsum constituerent ad regendum populum illum.* Vi huius praerogatiuae Duces Bauariae per tria fere secula ex gente fuerunt Agilosangica. Et licet semper unus ex pluribus dignitate ornatus esset ducalis, fratres tamen per diuisiōnem subordinate, vel ut hodie loquuntur paragii iure Ducatus partem obtinuisse videntur. Sane seculo VI cum Theodo II. s. Magnus mortem obiit, anno 537. Theodo III, Vto s. Oto et Theobaldus, fratres Germani, Bauariam in tres partes diuiserunt. Deinde anno 567 Theobaldo mortuo filius eius Thessalonus et Theodoperus, filius Theodonis II. patrules Bauariam aquis legibus inter se partiti sunt. Sicuti et anno 650 post mortem Thessalonii II, tres eius filii, Theodo V. Grimualdus et Theodoperus III. in tres diuiserunt partes. (**) Tandem anno 788 Tassilo a Carolo Magno, contra quem instigationibus uxoris Lytobergae inductus maligna

maligna inierat consilio, Ducau dejectus et in monasterium de-
tritus, Bauaria vero a proceribus Carolo M. est adindica-
ta. (**)

(*) *Tir.* II. cap. XX. n. 3.

(**) *AVERTINVS annal. Boior. lib.* III. p. 192. 199. et 206.

(***) *IDEM lib.* III. cap. X.

§. II.

Ex illo tempore Bauaria per integrum et quot excurrit seculum sine Duce fuit et dominationi imperatorum et Ducum stemmatiis Carolingici paruit, qui mox per missos et comites, mox per filios eam rexerunt et administrarunt. In diuisione, quam Ludouicus pius inter filios fecit, Bauaria iuniori ex fratribus cessa-
vit, Ludouico nempe, postea Germanici nomine insignito. (*) Et licet haec diuisione, cum postea patri Ludouico pio filius, Carolus nasceretur, tum viuo, tum mortuo patre grauissima inter fratres dissidia et bella, a Nithardo, Caroli M. ex Bertha filia nepote, descripta, excitareret, pace tamen restituta et noua diuisione Verduni facta, Ludouicus ultra Rhenum omnia et sic quoque Bauariam fortitus est. (**) Quae deinde post mortem Ludouici in diuisione, quam eius filii, Carolomannus, Ludouicus et Carolus, Salfeldiae conuenientes, inter se instituerunt, Carolomanno cessa-
vit, (**) cui frater Ludouicus, et hoc quoque mortuo Carolus, quem crastum vocant, successit, qui omnes possessiones cui sui Ludouici pii, et proaui, Caroli M. sibi soli adquisivit, ast rur-
sus omnes amisit, et cum ipsa Germania Ducatus Bauariae in Arnulphum, Carolomanni filium naturalem, transit. (†)

(*) quod docet charta diuisionis apud *BVLVZIVM in cap. I. R. Fr. P. v.*
p. 574. verbis: *Ludouicus habeat Boioariam, et Carenanos et Bobemos*
et Auaros arque Slanos, qui ab orientali parte Boioarie sunt.

(**) *WITTICHINDVS lib. I. p. 637. ANNALES BERTINIANI anno*
843. *Capitula primi et secundi conuentus apud Marsnan apud BULV-*
ZIVM P. II. p. 42. et 46.

(***) *REGINO ad a. 876. OTTO FRISING lib. VI. cap. VI.*

(†) *OTTO FRISING, lib. VI. cap. XI. Annales Fuldenses ad ann. 888.*

§. III.

§. III.

Arnulpho, Germanorum Regi, successit filius septennis, Ludouicus IV. seu infans, cuius sub regimine Bauaria, cuius defensioni Rex infans impar erat, incursionibus Hungarorum valde vexata ducem habuit Luitboldum, qui in acie Bauarorum cum Hungatis occisus est, eique filius Arnulphus, qui malus vocatur, in Ducatu successit (*). Qui exstincta Carolingica stirpe regiam affectans dignitatem electo Germanorum Regi Conrado I. obsequium denegauit. Conradus vero, ut Arnulphum ad suum reduceret officium, in Boioariam profectus cum Arnulpho dimicauit, ast vulneratis in patriam redire coactus paullo post morte occubuit. Electo deinde novo Rege Henrico Auctupe Arnulphus in contumacia perseuerauit, sequo regem gesit, ast ab Henrico in castro Reginesburg obcessus, cum regi resistere non posset, se cum suo regno illi tradidit, et abdicata regia dignitate in Ducatu confirmatus est. (**) Post Arnulphi aurem mortem eius filios Otto imper. a successione anno 938 exclusit, non eam ob rationem, quod iis nullum competeret ius succedendi, sed quia superbia elati Regis iussum contemserant, ire in Regis comitatum, id est fidelitatem facere recusaverunt. (***) Inde Eberhardus exiliatur, eius tamen fratribus Arnulpho et Hermanno dignitas Palatinatus Bauarici est concessa, et Arnulphi descendentes post duorum, et quod excurrit, seculorum lapsum quasi postliminii iure Ducatum recuperarunt Bauarium. (****)

(*) de quo REGINO: anno 907. Bauarium Hungaricis congreſſi, multa accederunt, sicut in qua congreſſione Luitboldus Dux occisus est, cuius filius successus Arnulphus in Ducatu successerit. add. PALIGNESI monita genealogica.

(***) WITICHINDVS lib. I. p. 636. et 637. edit. Meibom.

(****) WITICHINDVS lib. II. p. 644. SIGEB. GEMBLAC ad ann. 936.

(****) AVENTINVS Annal. Boior. lib. IV. cap. 23.

§. IV.

Posteaquam filii Arnulphi mali patris priuati erant Ducatu, in illum non extraneus, sed frater Arnulphi Bertholdus successit. Hoc vero sine liberis mortuo, Ottonis M. imper. fratri Henrico qui

qui istidem non plane extraneus, sed filiae Arnulphi mali Iudithae matrimonio erat copulatus, Ducatus est collatus (*). Cui filius Henricus II. f. Hezilo, quem Otto II. imp. suum vocat nepotem (**), succedit, et ab hoc, licet rebellis factus per aliquot tempus Ducatu fuerit priuatus, post imperatam restitutionem, in filium Henricum III. est transmissus, (**) qui ad imperatoriam electus dignitatem, prout illorum temporum mos fuit, Bauariae Ducatum anno 1004 coniugis suae fratri Henrico IV., Sigfridi comitis Luxemburgici filio, concessit. Hoc nullis relictis filiis defuncto, Conradus II. seu Salicus imper. de Ducatu aperto filium suum Henricum V. inuestiuit. (***). Qui, postquam sub nomine Henrici III. imperiale consecedit solium, Bauariam Henrico, filio Friderici comitis Mosellani, a. 1044 in tutelam commisit, et, ut mihi videtur, vicarium Ducem constituit, (†) deinde vero Conrado, Ludolphi Palatini comitis filio destinavit, ast eum, quia maligna in ipsum, ceperat consilia, et eius filiam ducere nolebat, post paucos annos a Ducatu iterum depositus, (‡) et in eius locum suffectus est filius imperatoris Conradus, qui in minorenitatis adhuc annis constitutus decessit. (††) Ducatus vero ab Henrico III. coniugi suae Agneti est commissus, quae suo iure se abdicauit, et Ducatum obtinuit Otto, Comes Nordheimensis, qui de violata fide accusatus, cum se per duellum purgare nollet, Ducatu priuat. (†††) Quem Welfus ab imperatore accepit. (†)

(*) WITTICHYNDI *Annal.* lib. II. p. 649. edit. Meibom. SIGEBER-TVVS GEMBL. ad ann. 936. ANNALISTA SAXO ad a. 942. et 945.

(**) apud GRETSBRVN in *Divis Babenbergenbus mon.* 5. cap. x.

(***) allegata vide apud STRVVE corp. bistor. German. P. I. p. 319. edit. nou. AVENTINI *Annal.* Boior. lib. V. cap. 2. 3. 4.

(****) MEINWERCVS c. 97. *Chronogr.* et *Annal.* Saxo. ad ann. 1027. AVENTIN. lib. V. cap. 6. ADLZREITER P. I. lib. 16.

(†) ADLZREITER I. C. AVENTIN. lib. V. cap. 7.

(††) Aurores allegati a STRVVO corpore bistor. Germ. P. I. p. 353. edit. nou.

(†††) LAMB. SCHAFFNAEVRG. ad ann. 1036.

(††††) *Annal.* Saxo. ad annum 1057. et 1069.

(†) LAME. SCHAFNAEVRGENSIS ad a. 1071. addit. STRVVE I. C. p. 367.

Welfo in Bauariae Ducatu successit filius Welfus II. et huic
frater Henricus, niger dictus, qui illum in Henricum superbum
transmisit. Hic a Conrado III. Imperatore proscriptus Duca-
tum amissit et in eius locum suffectus est Leopoldus, Austriae
Marchio, postea vero postliminii iure Bauariae Ducatus Henrico
Leoni restitutus, ast per proscriptionem sub Friderico I. Imp. 1180.
factam iterum amissus, clientelae iure Ottoni Wittelsbacensi, si-
piti communi Serenissimorum Bauariae Ducum et comitum Pala-
tinorum, est collatus, qui serie non interrupta Ducatum Bauarias
tenuerunt.

His praemissis ad ea transeo, quorum causa haec pagella
prodit, ad commemorationem vitae et studiorum

PRAENOBILISSIMI CANDIDATI
IO. CHRIST. CONR. SCHROETERI
VINARIENSIS,
quam exhibuit suo stylo prescriptum.

Natus sum Vinariae a. d. XXVII. Aprilis A. R. S. C1010CCLLI. Patrem
habui GOTLOB FRIDERICVM pannii negotiatorum, morte ante sex an-
nos, mibi erexit, e domo SCHROETERORVM hanc ignobilis ortum;
marrem autem TEVTSCHERIAM, unicam B. TEVTSCHERI, apud
Duc. Saxo - Vinariens. quondam pilorum confectoris filiam, quae au-
tem in puerperio, diebus aliquo clapsis, decedit. Me adhuc infans
auis maternus, in suas recepit aedes, cui, pro suo in me amore plus quam
paterno, semper curae cordique fuit, me tenuerunt flectere puerum. Ita-
que, ut prima sanctissimae religionis nostrae elementa caperem, non pri-
vatis solum me tradidit praeceptoribus, sed pragustatis quoque litteris
A. R. S. C1010CCLXIII. in illustre, quod Vinariae floret, Gymna-
sium me contulit, magnoque cum fructu illud frequentauit. Graa mente
celeberrimis, qui tunc ibi docebant et adhuc magna docent laude, vi-
ris, quibus NOLDIVM, FRICKIVM, iam inter coelites triumphantem,
MVSAEVM, nec non HEINZIVM, citare possum, omnes meos in huma-
nioribus debeo progressus. In primis MVSAEVS, quiores ad illum ac-
cessi, amplam mibi consequendi eruditonem dedit occasionem, dum, co-
piam

plam optimorum librorum et cognoscendorum et legendorum facient; mihi aliqualem venisti, ut ita dicam, infillauit sensum. Ex quo die haud
 sine summi Namini, ut ego puto, impensa, litteris me rotum tradidi, atque ad aliora eritendi flagrui cupiditate, quanquam ob patrimonii remittitatem sperandum haud erat; fore, ut studia veterius prosequi permisit.
 Sed, ecce Deus ex machina! IAC. FRIDER. SCHROETERVS,
 qui Lipsiae tunc munere centurionis urbani et senatoris fungebatur, eius
 que soror HENDORFINA, amita, mercatrix Vinariensis, benignissimum
 amplexum me ostendens, animum, eis eorum virique, id quod valde doleo, me
 Lenae adducit tenente; non amplius in viuis esse congit. Itaque, et litteris,
 et nervo rerum gerendarum instruxit; A.R. S. CUSTO COLXXI.
 hanc famigeratissimam, quae propter Salam off. Academiam accessit, et ab
 III. NICOLAI, tunc temporis factorem tenente, a.d. XXI. Sept. in
 numerum cuiusdam academicorum sum adscitus. Optimorum, quos antea
 commemorauit, amicorum suus arque auctoritate, imprimit vero promis-
 sione se saluti meae velle proficerere, (cui exentus omnino respondere vide-
 batur) primum rerum diuinarum scientiae me consecravit. Bene per-
 spiciens philosophiae praecidis definitio omnem ad accuratam doctrinam
 praecludi aditum, hanc mihi tenetam studiorum rationem pueris, ut sub-
 inde semper aliquos philosophiae impenderem tempus. Quod de causa non
 omnibus solum ac singulis, quas Viri III. HENNINGSIVS et VLRICI
 in uniuersitatem philosophiam habebant, scholis interfui; sed eas quoque audiui lectiones, quae ad Criticam et Philologiam sacram propriis spectante-
 viis praecessoribus Viro s. v. HIRTIO inni apud Viembergensis theolo-
 gie spectatis, nec non Pl. V. SCHMIDIO Ord. phil. Adi. et ad aedem
 St. Michael. Diacono nunc meritisimo, denique B. FABRO; viro celebre-
 rimo Reliquas Philosophiae partes, Mathesin videlicet Astronomiam,
 Physicen, historiam naturalem, scientias, quae dicuntur, camerales et
 forentales, Chymiam et theoreticam et experimentalm, nec non Historiam,
 quam dicunt, universalem et Imperii R. O. et quod ratiocinatio spectat ad
 scientiam heraldicam: omnia haec me docuerunt Viri III. ac Excellen-
 simi WALCHIVS, SVCCOVIVS, WIDEBVRGIVS, B. SCHMIDTIUS,
 KVLIERVS, et Praezell. SCHENKIVS, quibus bonis haud sine magna
 animi volupate non potui non intrerres. Praeserit affabili comiti
 re SCHENKIO sapientissime omni corporisque recreandi causa botani-
 cas suscepit excursiones. Ad Theol. quod attinet, cui me primum dicaueram, in Exegeticis S. V. DANOVIVM, omnes fere N. T. libros illu-
 strantem, veritatem religionis christianae egregie defendentem; quod in
 magno lucro pono, in Theolog. Morali et Polemica et quoad partem, in
 Histor. Ecclesiast. ut etiam in Dogmatica, postquam ad S. R. POLZIVM
 accedit

acceſſeram, preeceptorem habui, nec non in Catecheticis preeceptis OEM-
LERVM, b. r. Super. audiui.

Sed tristissimo fato, cum mibi sautores mei atque promotores, ſupra
laudati, mores eſſent erexit, et valerundine crebris lucubrationibus variis-
que caſibus, adverſis debilitata, aliisque ex cauſa, animum in degum
ſcientiam iniicere; ſatius duxi, inque ea omni ſtudio verfatus sum. Eſt
igitur, ut iam ad praefens vitam mea genus progrediār, et priectiones,
quibus vſus ſum, iuridicas enuferem. ſobolas ad Inſtitutiones, Pande-
das, Ius Canonicum, ad Iurisprudentiam Scrutiniam et Ius Feudale,
Viros. Illuftr. et Excellenſiſ EICHMANNI, REICHARDTI, et B.
SCHMIDII, ad Ius Publicum, ad Actiones, ad Ius Germanicum, ad
Collegeum Practicum. Relatorium ſpectantes SCHMIDI, de SCHELL-
WITZ, et OELZI adire cupidus fuī. Conrigit quoque mibi in Pandectis,
Iure criminali et in Collegio, ut dicatur, diſputatorio Viros III. HELFEL-
DIVM, Praefidem grauiſſimum, promotorēmque ſplendidiſſimum, fauor-
em atque patronum omni pietatis ſtudio colendum, et WALCHIVM,
nec minus NICOLAI in Medicina forenſi doctores habere.

Absolute nunc laudabilium ſcientiarum et iurisprudentiae
cursu, ut publicum eruditæ et legalis doctrinæ teſtimonium habe-
ret, piaſtantilimus CANDIDATVS ab ordine noſtro modeſte pe-
tit, ut editis prius ſpeciminibus ipſi ſupremi in iure honores confe-
rentur. Admissus igitur ad conſuetuſ examina talem ſe piaſtit, ut
plane non dubitauerimus, eum ad vitium ſpecimen, diſputatio-
nem nempe inaugurelam, admittere, quam de obtatione debiti
vſuarum initium, non vero incepturn earum curſum impedi-
te, conſcriptiſ, et die x x x. Maji in cathedra ICtorum publice meo
ſub praefidio defendet. Qui actus, ut maiorem accipiat ſplendo-
rem, Magnificum Academiae Prorectorem, Patres academiae
venerandos, baſpites cuiusque ordinis honoratiffimos, nec minus
generofiffimos nobiliffimosque comiſſitones meo et totius iuridi-
ci ordinis nomine omni, qua par eſt, obſeruantia rogo, ut illum
honorifica ſua preſentia ornare velint. P. P. ſub ſigillo Faculta-
tis in academia lenensi d. xxix. Maji ccccxxxviii.

(L. S.)

Jena, Diss., 1778-84
X 230 9455




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-308030-p0018-1

DFG

XXXI.

B.I.G.



D. IO. AVGVSTVS HELLFELD
FACVLT. IVRIDICAE ORDINARIVS ET EX-DECANVS.
PRAENOBILISSIMI CANDIDATI
O. CHRIST. CONRADI
SCHROETERI
VINARIENSIS
SOLEMNIA IN AVGVRALIA
AD D. XXX. MAI CICIOCCGLXXVIII.
INDICIT, AC
DE
DVCATV BAVARIAE
AB ANTIQVISSIMIS TEMPORIBVS
HEREDITARIO
QVAEDAM
DISSERIT.
I E N A E
EX OFFICINA STRAVSSIL